



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XXXVII. de non appellando ante diffinitivam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

*Argumenta in Regul. XXXV. INNOCENTII VIII.  
qua est XXXVI. PAULI V.*

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Appellatio ab interlocutoria subsistit quando gravamen non potest reparari in diffinitiva.</p> <p>2. Obscuritas Regulæ in una illius parte à Glossographo detecta.</p> <p>3. Hæc Reg. non habet locum extra Curiam.</p> <p>4. Jure civili non appellatur ab interlocutoria, nisi subsit gravamen irreparabile.</p> <p>5. Quibus in casibus interlocutoria vim diffinitivæ habere dicatur. Item ex</p> | <p>Concilii Trident. decreto non licet appellare ab Interlocutoria.</p> <p>6. In appellatione ab interlocutor. causæ gravaminis inferri debet.</p> <p>7. An à simplici &amp; mera interlocutoria appellans saltem de nullitate agere possit.</p> <p>8. Ex dispositione Concilii Trident. jus Civile sequendum in recipienda appellatione ab interlocutoria quod &amp; sequitur Camera impetu</p> |
|---|--|

*Regula XXXV. INNOCENTII VIII.  
qua est PAULI V. Regula. XXXVII.*

DE NON APPELLANDO ANTE DIFFINITIVAM.

Item idem D. N. ut litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus & statutis inhærendo, statuit & ordinavit, quod in causis in Romana Curia pendentibus, & quas in posterum in ea quovis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitivam sententiam, liceat appellare, nec appellatio, si fuerit commissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitivæ, vel à gravamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiva sententia reparari, nullæque causæ appellationum hujusmodi committantur, nisi in commissione exprimat, quod interlocutoria vim diffinitivæ habeat, vel gravamen sit tale.



tale, quod in appellatione à diffinitiva non valeat reparari: alioquin appellationes & commissiones in posterum, & quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris vel momenti, commissionibus appellationum jam iudicibus presentatis & exhibitis in suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententiis secundo vel alias ulterius ab eis non liceat appellare: appellantes verò & appellationes etiam ab interlocutoriis & gravamine huiusmodi, suo vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint ultra expensas, & damna, ad quæ refarcienda de iure condemnatus compellitur, xx. florenis auri poena mulcentur.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

Ita Regula dicit quod in Romana Curia nullus potest appellare ante diffinitivam sententiam, nec eius appellatio debet admitti nisi appelletur ab interlocutoria habente vim diffinitivam, vel à gravamine non concernente negotium principale, quod non potest per appellationem à diffinitiva sententia reparari: & quod si appelletur, non committatur causa appellationis, nisi exprimatür unus modus predictorum, alias appellatio, & commissio sint nullæ, & quicquid inde secutum fuerit, tamen de commissionibus præteritis, de quibus est sententiatum nihil disponit, de quibus à sententiis iam latis non potest appellari amplius, si non sunt gravamina vel sententia de quibus supra, & si aliquis aliter appellaverit, si succubuerit, ultra expensas & damna debet mulctari poena xx. ducatorum, h. d.

Et ista regula habet in se aequitatem, licet sit contra ius canonicum, c. super eo. lib. 6. de app. concordat tamen cum iure civili, etiam in casibus hic expressis, ut qui a gravamine non potest reparari in diffinitiva, ut si iudex mander aliquem torqueri ut l. ff. de ap. recipien. & ibi Bart. vel si sententiam haberet diffinitivam, ut vult glo. in autent. habita C. ne fil. pro pat. & eodem modo pono exemplum hic, & in similibus. & ista Regula sæpe deducitur ad iudicium. & est clara, præterquam ibi in quibus latis super eisdem sententiis secundo vel alterius ab eis non liceat appellare. Hic viderem dicere cum iurisconsulto in l. Dominicus ff. de test. quod aut ego non intellego re, aut stulta est sententia tua. quis enim dubitat quod etiam ab interlocutoria, vel gravamine non potest utroque iure tertio appellari? c. directè, de ap. & cap. sua eod. tit. & C. ne liceat tertio appellare per totum, si hoc est verum, quid dicit iste compilator in presentia Papæ, quod si sententiatum est secundo vel ulterius, non liceat appellare amplius, & sic si ulterius, id est tertio, est sententiatum, in quo deseruit ista Regula? & ideo credebam quod est hic mendosa littera, qua debet dici secundo vel alius



Et tunc sequatur, ulterius non liceat ab eis appellare &c. sed ego habeo duas libros me, ubi sunt predicta verba & etiam in libro regularum Sixti, sed si non sit illud verum alias debet hic subaudi arg. l. verbum volo C. de fideicom. sicut verbum quoddam subaudiatur ad orationem legalem ut est glo. in l. libertum Cod. de nupt. qui commendat ibi Bald.

Sed de cauda huius Regula non me intromitto: quia istos viginti duca, nunquam solvi in curia: sed si solverentur, cui deberent solvi, & ad cuius instantiam? dixi aliquid supra in Regula xxxii. & notandum tamen est hic, quod ipsa Regula non habeat locum extra curiam id est, extra muros Urbis, vel Curia, per verba posita hic in prima. Et modo dico curiam hic extendi ad duas dietas secundum c. presentem de prae. lib. vi. ubi ibi not. per Doct.

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

**A** Concordat tamen cum civili) Quo jure non appellatur ab Interlocutoria in tale gravamen contineat, quod per appellationem à diffinitiva reparari nequeat text. in l. ante sententia C. Quor. appellat. non recip. Bart. in l. post sententiam num. 3. C. de sent. & interlocut. omni. ind. & in l. ante sententiam num. 12. & 26. de appellat. recip. quo in loco scribit toties ab interlocutoria appellari potest, quoties per appellationem à diffinitiva gravamen ita perfecte reparari non potest, quin aliquale praedictum faciat, adde Francum in c. cum cessante num. 9. cum seq. de appellat. Gonzalem ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. in Annotat. cum nullitates &c. num. 175. cum seqq. ubi exacte docent quando seu quibus in talibus interlocutoria habeat vim diffinitivam, & ex quibus id cognosci possit, vide quoque hac de re Vestrum in Praxi lib. 3. c. 10. num. 6. Guidonem Papae de off. art. 30. in summa C. de appell. §. appellare quis potest. Sed & novissimo S. Concilio Decreto statutum est, non licere appellare, nisi post sententiam diffinitivam & interlocutoriam quae vim diffinitivam habeat sess. 24. de Reform. cap. 20.

Porrò inolevit ille usus, ut in appellatione ab interlocutoria causa gravaminis inferatur, ut post Bart. in leg. ait praeor §. permittitur ff. de minor. l. 1. D. Marchefanus tract. commissionum p. 2. commiss. 1. num. 46. quod fecus est in appellatione à diffinitiva, in qua nulla requiritur causae expressio, ut not. Bart. in l. 1. §. fin. in prin. ff. de appellat. Paulus Piascius in praxi Episcop. p. 2. c. 5. num. 102. sed an in simplici & mera interlocutoria appellans saltem de nullitate agere possit? consule Guidonem Papae de off. 436. num. 80.

**B** Non habet locum extra Curiam) Hodie ex dispositione Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20. in recipienda appellatione ab interlocutoria jus civile ut dicimus sequendum est: quod & sequitur Camera Imperii, teste Gail. in disp. 2.



*lib. 1. observat. 129. Plura ad hanc Regulam vide Rebuff. ad Concord. Francicæ Rub. de Frivolis appellat.*

*Argumenta in Reg. XXXVI. INNOCENTII VIII.  
qua est PAVLI V. XXXVII.*

- 1. In causa beneficiâ etiâ post conclusionem in causa possunt produci testes & instrumenta.
- 2. Etiam in causa profana, de æquitate Rote post conclusionem in causa possunt produci testes, & instrumenta.
- 3. Ut in causa benef. produci possint testes & instrumenta post conclusionem, expressè ei debet derogari.
- 4. Cautela contra hanc Regulam.
- 5. In arbitrariis bonum est habitare iudicem favorabilem.
- 6. Regula sequentes concernunt expeditiones litterarum.
- 7. Papa non præsumitur velle alteri jus quæsitum tollere.
- 8. Post conclusionem in causa probationes & instrumenta produci non possunt.
- 9. Facta conclusione, dicitur liquere de causa.
- 10. Limitationes Regulæ post conclusionem in causa &c.
- 11. Hæc Regula est ultima regularum judicialium.
- 6. Regula sequentes concernunt expen-

*Regula XXXVI. INNOCENTII VIII.  
qua est XXXVIII. PAVLI V.*

NON STETVR COMMISSIONI POST  
CONCLUSIONEM.

Item statuit, & ordinavit, quod in Commissionibus de iustitia eam Consistorialibus per eam, seu de eius mandato, vel auctoritate, in causis in quibus conclusum existat in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicite, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessione Commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expressè,

GLOSSE.